

JOHAN. OTTONIS  
TABORIS JCTI.  
Diatriba  
DE JURE  
**OBSTAGII**  
Ad multorum instanti-

am denuò recusa, cum responsis ali-  
quot in fine adjectis

---

*GIESSÆ,*  
Typis Antoni UtzI & Friderici KargerI,





## C A P U T P R I M U M.

An & quatenus doctrina de obſtagiis, moribus  
noſtris uſum habeat?

## I.

**N**ter LL. Academicas, ad quas Dnn. Professores Exordium ab occupa- tione obje- dicit; quod obſolata non ſint in ſcholis pre- ponenda; juris in Universitate Argentoratensi aſtriguntur, hæc etiam tit. XI. Stat. Vniu. §. 2. prouidè prudenterque ſancita eſt: Curent provideantque ut exercititia diſputationum ſedulourgeantur, & vel ex lectionibus, vel ex präcipuis juris partibus eæ proponantur & diſcutiantur materiæ, quæ & utiles & poneſtud  
uſiratæ ſint, adeoque laboris & temporis impendium ferant. Cum enim maximi medicorum Hippocratis (ut in hoc ipſo diſterio eundem laudat Seneca *de brevitate uita cap. 1. p.*) oraculum, in hac quoque arte vel potiſſimum obtineat; Vita brevis, ars longa, occaſio präceps: jure meritoque & docentibus & diſcentibus ea cura inculcatur atque präcipitur, etiam ab Imp. Justiniano *in proœm. Inst. §. 3.* ne quid inutile tradatur, ſed illud präcipue, quod in ipliſ rerum obuineat argumentis, congruit *l. un. C. de deditiſſal libert tollend.* quod & Aristippus cuidam percutanti, quæ potiſſimum Adolescentibus diſcenda eſſent, respondit: quæ viriſ uſui futura eſſent Nam ut Plin. *lib. 8. epift. 14.* Aristoni lcto ſcribit; viꝝ quisquam cordatus tam patiens eſt, ut uelit diſcere, quod in uſu non ſit habiturus.

2. Quæ cuī ita ſint, & crebris Juris conſultorum qua veterum, *Alqui ius* qua recentiorom monitiſ inculcentor *l. 25. ibi:* plenius quao, que ad obſtagio- *rum esse ob-* hac ſpeſtant attingas, cotidianæ enim ſunt, de liberat. legat. *l. 1. ad exhib.* *ſoleatum &* *l. 44. de Vſu cap. Ex quibus textibus Dd. noſtri commiſſoriant. Iis maxime abrogatum* quationibus eſſe operam impendendam, qua quotidiana ſunt. Cujac. in publica Im- *lib. 10. qq. Panli ad d. l. 26. cum Hering. Pinell. & aliis B. Renſnerus in periū lego.*